

So danne der rector adder die universitett eynen sollichen obirtreter wollen unnfirm gnedigenn hern von Merßburg noch iren gemachten statuten ußwyßung antwertten, sal der rector den burgermeister und rath offtgemelt en sollichs lassen wysßen, und also danne eyn student geantwert wirt adder sal werden, sullen der burgermeister, rath und stadt vor keynem gericht eyn sullichen fordt anlangen, alle geferde und argelist yn allen vorgeschrebin puncten ganz ußgeslossen. Und das sollichs von beyden teiln werde gehalden, syn disße schrifft gezcweyfecht und iczlichim teyle eyne gegeben mit deß rectorats der obgnanten universitet unnd auch mit deß rats der egnanten stat Lipczk anhangenden innsigeln vorsigelt. Gescheen am dinstag noch Kyliani anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. 10

140.

Hilarius, erzbischöflicher Dekan und Administrator zu Prag, ersucht den Rektor der Universität Dietrich (v. Schönberg) die zur nächsten Messe nach Leipzig kommenden Bürger von Kaaden vor den Verfolgungen des Baccalareus Balthasar Roder von Bruck zu schützen. Prag, 1466) Oct. 2.*

Hdschr.: Stadtbibliothek Leipzig Cod. mscpt. Rep. II, 10^a fol. 187.

15

Hilarius decanus ecclesie et administrator archiepiscopatus Pragensis venerabili et eximio patri et domino, domino Theoderico sancte ecclesie Misnensis preposito, alme universitatis Lyptzensis rectori dignissimo semper observandissimo.

Venerabilis et eximie ac prestantissime domine post sui debitam commendationem. Non sine lamento exposuerunt mihi prudentes viri, cives Cadanenses diocesis Pragensis, quod rector scholarum Baltazar Roder de Ponte, baccalarius artium universitatis vestre, cum aliquamdiu scolas eorum rexisset ipsique scolares suos armis vacantes compescere cupientes, ut non armis sed libris et discipline vacarent, dum contra prohibitionem legalem in arma prohibita ruissent rectoris auxilium ut debuerunt imploraverunt, spondit rector, omnia se in pacem compositurum. Hoc quoque verbo non servato clam recessit, scolas reliquit, confusionem in domo eorum fecit ut dicitur, et officium divinum quod cantu et voce scolari glorificatur nunc sileat et civium domicelli in studio distracti magna que sit in populo facta ex eius latenti recessu confusio. Cum tamen devovisset se mansurum cum illis ad mutationem sancti Georgii proximo venturam, adieceruntque cives prefati eum nedum pacta non servavisse, verum eos qui illis volebant servire distraxisse plurimasque minas imposuisse ac si vi vel armis ex possessione eiactus fuisset. Confugit preterea, ut exposuerunt, ad studium universitatis vestre, non forte ut studeat, sed ut accuset et quos in domo vincere non potuit, alibi vexare festinat. Instant autem dies nundinarum civitatis Lipzensis in quibus et mercatores libertate gaudere deberent verenturque cives prefati cum illuc accesserint, ne per falsi suggestionem et veri suppressionem idem coram vestra venerabilitate eosdem accuset et occasione privilegiorum que duntaxat illis qui studiis dant operam non bachandrie servire dinoscuntur eosdem fortasse vexare 35